

X 1903737

De Erucitis qui primo patria, dehinc De mutati
exteris operam suam prestiterunt, locis exter
aliisq; qui exteros ubi re et opera iu- riorum in
varunt Semum patrie quae debe. la.
bant solverunt.

II N
7015

AD
**ACTUM
DECLAMATORIUM,
E GENERE JUREDICIALI,**

NONIS OCTOBR. A. ÆR. CHR. cl3 l3c XC.
INSTITUENDUM,

**VENERABILES PATRONOS, FAU-
RES, OMNESQVE DOCTOS
INVITAT,**

DISCESSUMQVE UNA SUUM
FESTINATO HOC SCHEDIASMATE
REVERENTER AC DECENTER
INTIMAT

**M. DAVID WINTER, CYGNEUS,
TORGAVIENSIS HACTENUS, NUNC
SCHOLÆ PATRIÆ DESIGN.
RECTOR.**



**TORGÆ,
Typis JOHANN. ZACH. HEMPI.**

BIBLIOTHECA
BENICKAVIANA

UNIVERSITÄT-BIBLIOTHEK
HALLE
(MUSE)

vro
Plurimum Rever.
H. M. M. H. A. L. D. O. S. C. H. M. A.
D. O. F. a. u. t. o. r. i. C. i. v. i. e. l.
A. m. i. c. o. p. r. o. A. f. f. i. n. i. t. a. t. e.
C. o. n. j. u. g. a. t. o. S. P. S.

indw.



אלהי אֱתֵרָה : בִּירַךְ עֲהוּתִי :

Pfal. XXXI, 15. 16.

SORTES MEÆ IN DOMINI MANU!



Saxon. Illustrat. lib. 8. p. 19.

Cic. lib. I. Offic. m. p. 1271.

Athen. Batav. lib. 2. p. 99.

Vid. P. I. Chron. Cygn. p. 417.

Vod alicubi Philosophus ait : *πᾶσαν μεταβολὴν εἶναι παραχῶδη*, passivum ac tralatitium est. Et mutationem quidem omnem periculofam esse vel turbarum plenam, eandemque non temerè fuscipiendam, ridiculo sermone, Georg. Fabricio censente, videtur innuisse Sapiientissimus Elector Sax. FRIDERICUS. Nec id à vero alienum, quod Divus JOHANNES GEORGIUS I. Aulicis suis Vale dicturis dixisse fertur: *Wo willst du hin / da es besser ist / ich wil auch mit?* Experti quippe crediderunt ac didicerunt plurimi, plus aloës interdum, quàm mellis habere mutationes. Mirari igitur subit animum, tot insignes Ecclesiarum non minus Doctores, quàm Scholarum Magistros extitisse, qui aleam subierint isthanc, dubiam fati & incertam. Mutationum frequentiam tum in Ecclesiis, tum Scholis, hoc saltem nostro adulto, & proximo superiore seculo, commonstrant Eruditissimi Viri ac omni laude majores, JO. MEURSIUS, MELCHIOR ADAMI, & religiosior æmulus ejus, HENNINGUS WITTE, THEOPHILUS SPIZELIUS, alii. Non operosè per temporum momenta deducam, nec à me expectari aut exigi puto, ut loca singula aut Facultates quaslibet ordine recenseam, & huic fortè Schediasmati minus convenirent, quæ sollicitè fati & eleganter exposita sunt ab aliis. De Patriis solum, quo pacto nonnulli variarum nationum diversorumque ordinum homines eruditi, pro suo quisque studio, meriti sint, enarrare, nostri foret instituti, nec pœnitendi, & amplissima scribendi materies suppeteret, si per temporis angustiam liceret. Patria, fanè, quod Tullius testatur, multa sibi vendicat, non modò nativitatibus nostræ, sed vitæ, sed profectiûs ac eruditionis universæ partem: Omnes omnium caritates complectitur, ejusque salus & libertas omnibus rebus, quæ carissimæ sunt homini, anteponenda, etiam salutis Parentum. Hinc eidem vel per omne munus publicorum spatium, quorum largissimam segetem lubenti prætermittam animo: Vel Patriæ primùm, dehinc exteris: Vel hinc primùm, demùm Patriæ: Vel utrisque alternatim plurimum officii tribuerunt plurimi.

Legi merentur, quæ JO. MEURSIUS de PETRO FORESTO commemorat: *Is, inveniens, Pythureas venit, ibique Medicinam per annum cum honore fecit: mox Alcmariam, patriam dulcissimam, reversus, civibus suis curandis operam per duodecim annos impendit. Deinde Reipubl. Delphensi, honesto stipendio vocatus, circa quadraginta annos publicus Medicus fidelissimè inservit. Cum jam tantum temporis spatium operam suam exteris præstitisset, civibus suis adhuc nonnihil impertendum existimavit. Galeni in hoc exemplum secutus, qui cum Romæ optimam vitæ suæ partem egisset, jam gravis ætatis ad suam Graciam abiit, &c. Vestigiis ejus insitèrunt alii, ingeniorum monumentis clari, quos, ætatis licet non ejusdem aut professionis, ab emortuali enumerat anno Celeberrimus WITTENIUS, in Diario Biographico. Cujus ex mente diversis in locis, Patriam non prætereuntes, docuerunt: JO. STREITBERGERUS, Curia-Variscus, primùm Ecclesiastes Brunsvicensis, inde Rector Schol. Patriæ; tum Pastor ibid. & Superint. porrò Culmbacensis, & Theol. D. Hieronymus Francus: Dionysius Gottofredus; Jo. Fridericus Schröterus, Jenâ-Thuringus, Philos. Juris & Med. D. primùm in Patriâ Medic. Prof. post Physicus Budissinus, iterumque Prof. Jenensis: Everhardus Bronchorst: Arnoldus Baert: Antonius Burchardus: Carolus Scribanus: Guilielmus Fabricius: Jo. Schreiterus: Andreas Helwigius: Andreas Keslerus: Meinardus Schotanus: Jo. Huswedehus: Reinholdus Bakius: Jacobus Revius: Daniel Fesselius: Gisbertus Voëtius: Thomas Hopfferus: Christian-Fridericus Franckensteinius: Simon Pauli: Henricus Flockenius: Sebastianus Curtius: Jo. Colbergius. Quibus plures addi possent alii, in his Cygnèi, M. Georgius Thymus, (qui Magdeburgensi in Scholâ, Patriâ, Goslariensi, & in ditione Generosiss. Comitum Stolbergenium, demùm Wittebergæ, privatas Scholas aperiendo, docuit, ubi & placidum vitæ finem fecit A. 1561. X. Kal. Jan. Conf. Scriptorum Publ. Witteberg. T. V. ad Annum jam dictum) M. Christoph. Baldufius, Schneebergæ, Cygneæ, geminâque vice Portensis Rector, quo de plura FELLERUS noster Excell. Φιλόπαλες, si quisquam, in Cygnis Quasim.*

Patriæ qui primò, dehinc exteris, operam suam præstitèrunt: Georgius Casius, Rotenburgo-Tuberanus, primùm Diaconus in Patriâ, postea Onolsbachii, Leutershusii, Burckbeshaimii Pastor, Astronomus: Salomon Gesnerus: Augustinus Valerius: Philippus Nicolai: Henricus Major: Mattheus Dresserus: Olavi Martini: Michael Niderstetter: Jo. Ursinus: Abrahamus Svarinus: Adamus Theodorus Siberus: Thomas Bulson: Philippus

*lippus Gallus: Jo. Lampadius: Jo. Arndius: Georgius Stampelius: Petrus de Spina: Jo. Winckelmannus: Georgius Rostius: Fabricius Bartoletus: Casparus Finckius: Henricus Oldenburgius: Zacharias Hogetius: Abraham Gensseffius: Jo. Paulus Resenius: Christoph. Besoldus, ex Lutherano factus Pontificius: Georgius Hausmannus: Petrus Kirstenius: Jo. Meelführerus: Mo-
 vius Volschovius: Jo. Michaelius: Ægidius van der Myle: Jacobus Fabricius: Hartmannus
 Creidius: Balthasar Rhawe: Michael Lyserus: Jo. Georg. Dorsehaus: Elias Taddelius: Gerhar-
 dus Coccejus: Marcus Banzerus: Jo. Corvinus: Henricus Freislebius: Jo. Henricus Hottinge-
 rus: Jo. Coccejus: Martinus Schoockius: Meno Hannekenius: Andr. Henricus Bucholzius:
 Sixtus Bertram: Joachimus Schnobelius: Jo. Helvigus: Jo. Wendius: Nicolaus Rudbequius:
 Jo. Sebastian Guthe: Jo. Conradus Brotbequius: Georgius Dammius: Petrus Winstrupius: Lü-
 derus Kannengieserus: Michael Ludovici: MARTINUS GEIERUS, ægerrimè Patriam re-
 liquit. Fridericus Kettnerus: Jacobus Sahmius: Ægidius Strauchius: Matthias Fossius: Ni-
 colaus Langerhans: Jacobus Tenzelius: Balthasar Bebelius: Fridericus Hildebrandus, &c. His si
 quis nonnullos annumerare Cygnéos velit, ex facili præter cæteros numerum augebit. *Vid. Chron.*
Wolfgangus Wachtelius: Matthæus Grotius, ex quo celeberrimi nominis oriundi Grotii: Cygn. p. 404:
Jo. Neander: Chilianus Königius: Abraham Wernerus: Georgius Kummerstadius: Francis-
cus Hegewaldus: Et qui hodiernum superant (ô superent quàm diutissimè!) Magnificus Dn. 406. 407.
D. DANIEL FERBERUS: BERNHARDUS SCHMIDIUS: M. JO. SEEBISCHIUS, Pa- 414. 478.
 triæ suæ Delicia, **PATRIÆ PATRI** in Electorali Dresdâ, tum in Ecclesia, tum Politia 481. 483.
 egregiam præstantes operam. 522:*

Exteros ubi re & operâ juvârunt, demùm Patriæ, quod debe-
 bant, solverunt: *Christophorus Vladeraccus, Brabantinus, ex Scholarcha Amers-*
dorfiano Præfectus Scholæ Patriæ: Esaias Silberschlag: Bartholomæus Keckermannus: Gerar-
dus Tuningius: Philippus Marbachius: Jo. Posselius, primùm Rector Flensburgensis in Hol-
satiâ, post in Acad. Patriâ Rostoch. Gr. Lingvæ Prof. Scholæque ibid. Senatoriæ Rector.
L. Eusebius Bohemus, Cygn. primùm Diaconus Wittebergensis, dein Superint. in Patria,
Balthasar Kernerus: Zacharias Brendelius: Theophilus Ebertus: Jo. Kirchmannus, Lubecensis,
primùm Prof. Rostoch. inde Scholæ Patriæ Rector: Bernhardus Werenbergius: Jacobus Brei-
tingerus: Tobias Heidenreich: Georgius Richterus: Albertus Steinhufius: Bartholomæus Step-
nerus, primùm Pastor Liebstadiensis, hinc Superint. Cygn. Caspar Hornius: Jo. Frimelius:
Jacobus Canutus: Daniel Heimburgerus: Erasmus Jo. Brochmandus: Andreas Graba: Grego-
rius Stannarius: Gabriel Elveringius: Jo. Ludovicus Hartmannus: Jo. Hupstedius: Johannes
& Gottfriedus Olearii, &c.

Inire numerum Icarie conarer aqvæ, si omnium doctrinâ & scriptis præstantium;
 Virorum *οἰσυμίας* in Natale solum, meritaque referre meditarer, qui ut rebus ejus ad-
 versis vehementer doliérunt, sic secundis ex animo lætati sunt, laborantemque consilio at-
 que auxilio sublevare studuerunt quàm maximè. Nec obstare videbatur illis oraculum
 illud divinum, quod non paucis obvenit, & **REDEMPTORI** nostro, qui in Patriâ nullam
 propter incredulitatem suorum popularium facere potuit virtutem, ex ore profluxit:
Non est Propheta sine honore, nisi in Patriâ & in domo suâ.
 Neque Aristidis pronunciatum: *πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἔδοξε χαλεπὸς ἐν τῇ πατρίδι*
βίος. Sordent interdum domestica, vitio seculi, delectant aliena: quæ nostra fert tellus, ne-
 gliguntur, quæ extera, æstimantur. Interea non minus suo fati facit officio, qui Patriæ
 suæ quod nequit, orbi solvit, omnium communi Patriæ, quam inter Sapientes nemo non
 credit suam, ut & viri fortes, *annotante B. Buchnero,* solent, qui alibi terrarum quoque inter
 homines degere se & agitare posse, in animum induxerunt. Qvalis ille Teucer in Tragæ-
 diis, qui suam cuique Patriam statuit, ubicunque esset benè. Sed & Enniana Medea:
Multi, inquit, suam rem benè gessere & publicam, Patriâ procul: Multi, qui domi etatem egérunt,
propterea improbatî sunt.

Quæ cum ita sese res habeant, nemo mihi vitio vertet, si, quod hætenus *foris*, Divi-
 no favente Numine, per tria lustra præstiti, *domi* præstare pro viribus aggrediar, terramque
 complectar & magni faciam, quæ me in lucem hanc prognatum prima excepit, aluit, eduxit.
 Quorum Beneficiorum ingentium oblivisci qui potest, hunc barbarum censerem, & ex ho-
 minum numero ejiciendum. Neque enim hominis tuetur officium, qui parùm memor So-
 li Patrii est. Cujus amor eò nonnullos abripere solet, ut cæteris Terris omnibus, feliciori-
 bus & præstantioribus licet, anteponant: Præsertim si **DEO** vocanti, & Patriæ Proceribus
 comiter invitantibus obtemperandum est. Proinde Jambos egomet Baudianos, immuta-
 tis paucis, nunc meos faciam; Qvâ

EX Th 7015

Quò fata ducunt, quò trahit necessitas,
Seqvi paratus, non rebello NUMINI,
Cœloque curas, & mei custodiam
Transcribo sanctam, certus humanas vices
Haut fortuitâ sorte volvi, sed regi
Nutu superni Regis.

Isthoc fretus arbitrio WITTEBERGA meâ, alterâ velut Patriâ, & altrice per quatuor ferè
lustra, evocatus, incolere cœpi TORGAVIAM, cultissimam sanè & pervenustam; Sed ex
hac etiam, spem præter & expectationem, discedendum est. Usque adeò proponunt homines,
disponit Rector Olympi. Discessurus itaque non beneficiorum meminisse non possum, quippe
Patronorum humanitatem & singularem in me favorem cumulatissimè sum expertus; ne-
que tamen gratitudinis declarandæ momentum superest aliud, quàm pietas devota, ut Ec-
clesiam Remque publicam Torgaviensem Divinum servet NUMEN, tueatur seros in annos,
Scholamque, cui præfui, adaugeat indies! Ne verò sub discessum hunc meum nihil agam,
meæ fidei concreditos quasdam instituere Declamatiunculas jussi. Ut enim in spem Patriæ
sua se natos ostenderent, dixerunt hætenus, in Oratoriâ plus, quàm in ludicris exercitatio-
nibus sese commendaturi: Seorsim quidem cum Pietati juxta ac Legibus satis facturi, ulti-
mumque Scholæ vale dicturi essent, Academia Lipsiensis Candidati:

GABRIEL WIMMERUS, Sagano-Siles. Principis Electoris Potentissimi JOH. GEORG.

III. Symb. יהוה נסר non sine adplausu exposuit.

PETRUS MIETHIUS, Camentio-Lufatus, istud M. T. Ciceronis: *Anceps est fortuna bellis,*
pertractatum ivit.

E Genere Demonstrativo.

CHRISTIANUS BENEWIZIUS, Boriz. Misn. *de Laudibus Eloquentiæ disseruit.*

GEORG. CHRISTIAN. WERNSDORFIUS, Schönewald. Saxo, *de ejusdem vituperio.*

PETRUS MIETH, Camentio-Lufatus, Decisionem Quæstionis: *An Eloquentiæ studium lau-
dandum sit, an vituperandum,* proposuit.

E Genere Deliberativo.

CHRISTOPHOR. HEYDERUS, Domitio-Misn. *In studiis opus esse constantiâ & continuatione:*

JOHANNES DONATUS, Gædensis Misn. *Artem disserendi cuilibet Studioso esse cognoscen-
dam,* B. Rhenii ductu, persuadere conati sunt.

Dehortatoriam ab Otio nescio quis adhuc parturire gestit.

E Genere Jureddiciali,

De SUSANNÆ Historiâ dicturi restant:

JOHANNES HOERNISCHIIUS, Kemberga-Saxo, *Prologum se fisset.*

CHRISTIANUS CONRADI, Arensburgo-Livonus, *accusabit,*

CHRISTIANUS SCHULZIUS, Sonneburgo-Neomarchicus, *defendet SUSANNAM.*

JO. CHRISTIAN. BUCKIUS, Græfenhaina-Saxo, *Patrocinium Danielis pro Susannâ, factâ li-
cet defensione, condemnatâ & ad supplicium deducendâ, induet.*

JO. MARTINUS RUDOLPHI, Jessenâ-Saxo, *Epilogum subaddet.*

Ut igitur Maximè Rever. Excell. & Amplissimi Dn. Patroni, aliiq; Doctissimi Viri, bene-
voli, faventes & frequentes in Auditorio, his Exercitiis destinato, comparere, & Juvenibus
his incitamento esse ne dedignentur, eo, quo decet, modo, vehementer oro rogoq;. Gra-
tissimus insuper hujus æstimator ero, dum ero, omniumque beneficiorum in me collato-
rum, nec quidquam intermittam absens, quod ad probandum animi non immemoris
adfectum spectare aut pertinere videbitur. Et sic, omnes boni, Patroni, Fautores &
Amici Torgavienses, valete in DOMINO! Nos verò

Per varios casus, per tot discrimina rerum,

Tendimus in Patriam (Cygnæam)

Tandem τὴν αἰῶν,

τὰν ὠπείρα καὶ ἰω.

P. P. Torgaviæ D. VI. Octobr. clō Idc XG.



1017

210

אלהי אפרו: פיך עתה:

Pfal. XXXI, 15. 16.

SORTES MEÆ IN DOMINI MANU!

Saxon. Illustrat. lib. 8. p. 19.



Cic. lib. 1. Offic. m. p. 1271.

Athen. Batav. lib. 2. p. 99.

Vid. P. I. Chron. Cygn. p. 417.


Vod alicubi Philosophus ait: πᾶσαν μεταβολὴν εἶναι παρα-
χῶδη, passivum ac lativum est. Et mutationem quidem omnem pe-
riculosam, ridi-
dam, ridi-
Sapientif
quod Div
dixisse fe

quippe crediderunt ac didicerunt
tiones. Mirari igitur subit at
Scholarum Magistros extitisse
tationum frequentiam tum in
periore seculo, commonstran
MELCHIOR ADAMI, & r
PHILUS SPIZELIUS, alii.
expectari aut exigi putō, ut lo
fortè Schediasmati minus con
De Patriis solum, quo pacto
nes eruditi, pro suo quisque fi
di, & amplissima scribendi ma
fanè, quod Tullius testatur, n
profectus ac eruditionis univ
que salus & libertas omnibus
ti Parentum. Hinc eidem vi
mam segetem lubenti prætern
ce primū, demū Patriæ:

Legi merentur, quæ
quiens, Pythureus venit, ibique
am dulcissimam, reversus, civil
Reipubl. Delphensi, honesto stipe
insevit. Cum jam tantum
huc nonnulli impertendum exis
vite sua partem egisset, jam gra
alii, ingeniorum monumenti
emortuali enumerat anno C
mente diversis in locis, Patri
RUS, Curia-Variscus, primū
Pastor ibid. & Superint. pot
Gottofredus; Jo. Fridericus S
Patriæ Medic. Prof. post Phy
chorst: Arnoldus Baert: An
Schreiterus: Andreas Helwig
Reinholdus Bakius: Jacobus
Christian-Fridericus Francken

Jo. Colbergius. Quibus plu
Magdeburgensi in Scholâ, P
gensium, demū Witteberg
nem fecit A. 1561. X. Kal. Jan
M. Christoph. Baldusius, Sch
plura FELLERUS noster Es
Patriæ qui primū

Georgius Cæsius, Rotenburgo-Tuberanus, primū Diaconus in Patriâ, postea Onolsbachii, Leu-
tershusii, Burckbemhaimii Pastor, Astronomus: Salomon Gesnerus: Augustinus Valerius:
Philippus Nicolai: Henricus Maier: Mattheus Dresserus: Olavi Martini: Michael Niderstet-
ter: Jo. Ursinus: Abrahamus Svarinus: Adamus Theodorus Siberus: Thomas Bulson: Phi-
lippus



on temerè fuscipien-
, videtur innuisse
d à vero alienum,
s suis Vale dicturis
l auch mit? Experti
nellis habere muta-
us Doctores, quàm
s & incertam. Mu-
dulto, & proximo fu-
s, JO. MEURSIUS,
WITTE, THEO-
ducam, nec à me
e recenseam, & huic
xposita sunt ab aliis.
que ordinum homi-
tuti, nec poeniten-
am liceret. Patria,
nostræ, sed vitæ, sed
complectitur, ejus-
onenda, etiam salu-
m, quorum largissi-
inc exteris: Vel his-
tribuérunt plurimi.
commemorat: Is, in-
x Alcmariam, patri-
os impendit. Deinde
eus Medicus fidelissimè
isset, civibus suis ad-
vicum Romæ optimam
tigiis ejus insliterunt
aut professionis, ab
graphico. Cujus ex
STREITBERGE-
Schol. Patriæ; tum
s Francus: Dionysius
Med. D. primū in
: Everhardus Bron-
ilicelmus Fabricius: Jo.
us: Jo. Huswedelius:
: Thomas Hopfferus:
: Sebastianus Curtius:
orgius Thymus, (qui
ff. Comitum Stolber-
bi & placidum vitæ fi-
Annum jam dictum)
ensis Rector, quo de
Quasim.
præstitérunt: